Conradus Gre. Vadiano preceptori suo charis. S. D. P.

Tuum erat vir clarissime ad Tigurinos iã diu te summo desiderio
expectantes citius venire, meum vero cum non venires
virum tantum, tam bene de me meritũ, lris obnixe ad te
datis, ut illico huc volares orare. Id quod certe fecissem,
nisi tu tam cito nobis affuturũ te promisisses, nisi sperassem
M. Jacobum Valtherum et Jo(ann)em ofn. te persuasuros ne diutius
abesses, abesses inquam quem tot iã homines ex infatigabili
tui per me commendatione etiã nunc adesse exoptent.
Inter quos ego et pater meus cum te quottidie affuturum
speraremus et quod tam longo tempore adventũ tuũ distuleris
egre pateremur, nõ potuimus ut quicquid prius non scri
bendo neglectum e(st) resarciremus nõ propriũ nuncium mitte
re, hac primũ ratione ut diẽ adventus tui maxime acce
lerandi non nesciat pater, cui te anno nõ utetur nisi do
mũ suam successeris, discipuli tui hospes futurus, ut ego
apud te preceptoris mei per deũ opt. maximũ omnium
longe amatissimi nõ paucos iam dies fui. Deinde quod nõ
diu hic expectare queam Balneũ enim et sororem meã alibi
morantem quesissem nisi tu mora tua addere libenter
molesta impedimento fuisses. Sed si libere locutus sum que
tua e(st) morum facilitas ignosces. Nuncium postremo missum
esse scito quod mihi per Cardinalis nostri Musicum nunciaris
te nõ prius huc venturum quam te literis invitassem. Invito
itaque atque amore nostrũ tã feliciter mutuũ te iterum atque
iterum obsecro ut me patremque meũ certiores reddas per literas
quo die ad nos venturus sis, qui nisi edes paternas succe
das, facies rem omnium cũ parentibus tũ Conrado tuo
perque ingratissimã imo molestissimã. Atque ut repetam que
dixi Jubeo te quatriduo ad tuos venire et domũ meã
nõ aliam per quã per id temporis inhabitabis eligere.
Que in re tuam facere potui adeo libenter feci ut si in
manu mea quod optas situm fuisset concludum etiã
perfecissem. Quid consecutus sum presenti narrabo.
Sororem habeo nubilem si visa placebit visam et placentem
~~[illegible]~~ non duxeris per me nõ impeditũ et dices tuus sum tuus
quoque paranymphus esse cupio. jocor. Parentibus tuis quibus
multum debeo Ottiliç Katerinç et meç Helenç Annç

Anallis, Andreę Eglio meo fri quem tecu venire volo noie meo salutem dicito Vale Tiguri die appollinaris

Conradus Crebelius humanitatis tuę
servulus obsequentis-
simus

Viro undecunque doctis-
simo ac integerrimo Joachi-
mo Vadiano Poetę et
oratori Laureato salu-
berrimęque Medicinę
Doctori clarissimo
dno suo et colendissi-
mo.